

## Band II., Nr. 416, Seite 198-200

*Papst Alexander III. nimmt das Kloster St. Georgen in seinen Schutz und bestätigt dessen Besitzungen und Freiheiten.*

Lateran, 1179. März 26.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Manegoldo abbati monasterii sancti Georgii, quod situm est in Nigra Silva iuxta flumen Briganam, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Ex commisso nobis officio religiosa loca tenemur diligere et eorum quieti paterna sollicitudine providere, ut persone divinis ibi mancipate obsequiis eo liberius observantiae suae professionis insistant, quo magis ab incursibus pravorum hominum protectione apostolica fuerint premuniti. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et, felicitis memoriae Innocentii pape vestigiis inherentes, prescriptum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, quod utique a nobilibus viris Hezelone et Hessone, ipsius loci fundatoribus, beato Petro apostolorum principi est oblatum, sub eiusdem beati Petri et nostra tutela et defensione suscipimus et presentis scripti robore communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona a prefatis viris vel ab aliis fidelibus eidem cenobio fuerint collata, quecumque etiam in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, que iure proprietatis idem cenobium obtinet. Cellam in Metensi episcopatu Lukesheim<sup>1</sup>. Cellam sancti Iohannis in predio Megenhelmeswilre<sup>2</sup>. Cellam sancti Nicholai in predio Ripoldesowe. Cellam in predio Fridenwilre, quod legitima commutatione cambitum est ab ecclesia Augiensi. Cellam Amintenhusen. Cellam Urspringen. Villam Steten cum ecclesia. Tertiam partem ville Fuozen cum ecclesia. Predium Kembiz<sup>3</sup> cum ecclesia et Blansingen et Niufare<sup>4</sup>. Villam Walde<sup>5</sup> cum ecclesia Egge<sup>6</sup>. Degernowe. Ingeltingen cum ec-

<sup>1</sup>Altlixheim, Dep. Moselle, Frankreich.

<sup>2</sup>Meyenheimsweiler, heute Saint-Jean-Saverne, gemeint ist die Abtei Saint-Jean-des-Choux.

<sup>3</sup>Kleinkems, nicht das näherliegende Kems.

<sup>4</sup>Niffer, Dep. Haut-Rhin, Frankreich, oder nach TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Anm. m, Neufra, Rottweil, RW.

<sup>5</sup>In Königseggwald, OA Saulgau zu suchen.

<sup>6</sup>In Königseggwald, OA Saulgau zu suchen.

## II

clesia. Esteten cum ecclesia. Predium in Owingen<sup>7</sup>. Lideringen cum ecclesia et medietate decimarum. Dagewingen. Magerbein. Baltrameshoue. Dindinhoue. Scophelo<sup>8</sup> cum ecclesia. Husen. Bukelsperc. Turnewanc cum ecclesia et medietate decimarum. Cugenwalt<sup>9</sup>. Betechoue. Swanningen cum ecclesia et medietate decimarum. Mulehusen cum ecclesia. Sitingen. Gonningen. Gröningen. Aseheim. Cneigen. Vberah. Wilareshbach. Tuningen. Walewis. Scanebrunne. Furtwangen cum ecclesia. Tennebrunne cum ecclesia. Engen. Slata. Einbach cum ecclesia. Husen. Achare<sup>10</sup> cum ecclesia. Mulnheim cum ecclesia. Buhele<sup>11</sup>. Trudenheim. Altem. Scoppheim<sup>12</sup>. Scaffolsheim<sup>13</sup>. Eggebaldesheim. Bötenheim<sup>14</sup>. Belhan. Endingen. Ecclesiam Sellebach. Fokkenhusen cum ecclesia, cuius etiam ville ecclesiam a te tuisque successoribus et fratribus iure pastoralis teneri, ac sacerdotis vice subditos eiusdem ecclesie procurari concedimus. Preterea cellas alias, que non iure proprietatis sicut prenominate, set obedientie vobis et cenobio vestro subiecte sunt, apostolica auctoritate sub iugo obedientie, qua vobis tenentur, astringimus et confirmamus; vobisque et successoribus vestris canonice substituendis perpetuo in timore dei secundum regulam sancti Benedicti per vos et fratres vestros procurandas et gubernandas committimus cellam in Wargauilla<sup>15</sup>, cellam in Crouchdal<sup>16</sup>, cellam sancti Marci<sup>17</sup>. Crisma sane, oleum sanctum, promotiones ordinum, consecrationis altarium sive basilicarum seu alia quelibet sacramenta a Constantiensi suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem apostolice sedis habuerit, eaque gratis et sine pravitare voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem et ab eo consecrationis sacramenta suscipere. Sepulturas vero prefati cenobii et cellarum suarum, in quibus ordo servatur, liberam omnino fore sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur.

---

<sup>7</sup>Owingen, Haigerloch, BL, nicht Öfingen, Bad Dürkheim, VS oder Owingen, Owingen, FN.

<sup>8</sup>Eher Schopflenberg als Schopfloch, Lenningen, ES.

<sup>9</sup>Möglicherweise nicht Gaugenwald, sondern eher ein Ort in größerer Nähe.

<sup>10</sup>Achern oder Achkarren.

<sup>11</sup>Vielleicht Bühl, tennenbronn, RW.

<sup>12</sup>Schopfheim, Schopfheim, LÖ oder Oberschopfheim, Friesenheim, OG und Niederschopfheim, Hohberg, OG.

<sup>13</sup>Oberschaeffolsheim, Dep. Bas-Rhin, Frankreich.

<sup>14</sup>Bergbieten, Dep. Bas-Rhin, Frankreich.

<sup>15</sup>Kloster Vargéville in Chateau-Salins, Dep. Moselle, Frankreich.

<sup>16</sup>Kloster Krauftal in Gueberschwih, Dep. Haut-Rhin, Frankreich.

<sup>17</sup>Kloster Saint-Marc, südlich von Lützelstein (La Petite-Pierre), Dep. Bas-Rhin, Frankreich.

### III

Obeunte autem te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilii sanioris, secundum dei timorem et beati Benedicti regulam previderint eligendum. Nulli igitur ecclesiastice secularive persone licentia pateat, in iam dicto monasterio aliquas sibi proprietates conditiones, non hereditarii iuris, non advocatie, non cuiuslibet potestatis usurpationem, que libertati ipsius loci noceat, vendicare, seu etiam possessiones eius auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel indebitis fatigationibus infestare, set omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et in prescriptis ecclesiis diocesanorum et episcoporum canonica iustitia. Porro advocatum vobis constituendi liberam vobis concedimus facultatem, quem nimirum, si monasterio inutilis fuerit, amovere et alium idoneum vobis substituere liceat. Ad indicium autem percepte huius a sancta Romana ecclesia libertatis singulis annis unum Bizancium nobis nostrisque successoribus persolvete. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. <br> <br> (*Rundzeichen.*)<sup>a</sup> Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus, subscripsi. (*Monogramm für Bene valet.*) <br> <br> + Ego Iohannes, presbyter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tituli Pamachii, subscripsi. + Ego Iohannes, presbyter cardinalis tituli sancti Marci, subscripsi. + Ego Petrus, presbyter cardinalis tituli sancte Susanne, subscripsi. <br> <br> + Ego Iacintus, diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn, subscripsi. + Ego Ardicio, sancti Theodori diaconus cardinalis, subscripsi. + Ego Gratianus, diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani, subscripsi. + Ego Iohannes, diaconus cardinalis sancti Angeli, subscripsi. <br> <br> Datum Laterani per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, VII. kalendas Aprilis, indictione XII., incarnationis dominice anno MCLXXVIII.<sup>18</sup>, pontificatus vero domni Alexandri pape III. anno XX.

---

<sup>a</sup>Die Umschrift fehlt.

<sup>18</sup>Die Indiktion und das Regierungsjahr der Urkunde fordern, ebenso wie bei der vorangehenden Urkunde Nr. 415, eine Datierung in das Jahr 1179.

#### IV

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An gelb-roter Seidenschnur hängt die päpstliche Bleibulle mit den bekannten Köpfen auf der einen, der Aufschrift ALEXANDER PP. III. auf der anderen Seite.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

GLA Karlsruhe

### Signatur/Titel des Originals:

B 33

### Editionen:

TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 2, Nr. 878, S. 105. Schöpflin: Alsatia diplomatica, Bd. 1, S. 266.

### Regesten:

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 13342. Germania pontificia, Bd. 2,1, S. 204, Nr. 14.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Lateran

### Ortsindex:

Aasen Wohnplatz (12923)<br> Aasen, Donaueschingen, VS<br> Achern Wohnplatz (10339)<br> Achern, OG<br> Achkarren Wohnplatz (9532)<br> Achkarren, Vogtsburg im Kaiserstuhl, FR<br> Altheim Wohnplatz (7453)<br> Altheim, Horb am Neckar, FDS<br> Altlixheim (Vieux-Lixheim), Dep. Moselle, Frankreich<br> Amtenhausen Wohnplatz (14085)<br> Amtenhausen, Immendingen, TUT<br> Bad Rippoldsau Wohnplatz (7643)<br> Bad Rippoldsau, Bad Rippoldsau-Schapbach, FDS<br> Ballmertshofen Wohnplatz (4019)<br> Ballmertshofen, Dischingen, HDH<br> Beckhofen Wohnplatz (13995)<br> Beckhofen, Brigachtal, VS<br> Behla Wohnplatz (13206)<br> Behla, Hüfingen, VS<br> Bergbieten, Dep. Bas-Rhin, Frankreich<br> Bickelsberg Wohnplatz (16488)<br>

Bickelsberg, Rosenfeld, BL<br> Blansingen Wohnplatz (14842)<br>
 Blansingen, Efringen-Kirchen, LÖ<br> Chateau-Salins, Dep. Moselle, Frankreich<br>
 Degernau Wohnplatz (17285)<br> Degernau, Ingoldingen, BC<br>
 Dintenhofen Wohnplatz (16770)<br> Dintenhofen, Ehingen (Donau), UL<br>
 Dürrwangen Wohnplatz (16259)<br> Dürrwangen, Balingen, BL<br>
 Eckbolsheim, Dep. Bas-Rhin, Frankreich<br> Egge<br> Ehestetten Wohnplatz (15866)<br>
 Ehestetten, Hayingen, RT<br> Einbach : Hausach OG<br> Einbach Wohnplatz (10682)<br>
 Endingen am Kaiserstuhl EM<br> Endingen am Kaiserstuhl Gemeinde (9804)<br>
 Engen Wohnplatz (14331)<br> Engen, KN<br> Friedenweiler Wohnplatz (8265)<br>
 Friedenweiler, FR<br> Furtwangen im Schwarzwald Wohnplatz (12985)<br>
 Furtwangen im Schwarzwald, VS<br> Fützen Wohnplatz (12860)<br>
 Fützen, Blumberg, VS<br> Gaugenwald Wohnplatz (6881)<br>
 Gaugenwald, Neuweiler, CW<br> Grüningen Wohnplatz (12932)<br>
 Grüningen, Donaueschingen, VS<br> Gueberschwihr, Dep. Haut-Rhin, Frankreich<br>
 Gunningen Wohnplatz (14079)<br> Gunningen, TUT<br> Hausach Wohnplatz (10688)<br>
 Hausach, OG<br> Hausen ob Rottweil Wohnplatz (12402)<br>
 Hausen ob Rottweil, Rottweil, RW<br> Ingoldingen Wohnplatz (17292)<br>
 Ingoldingen, BC<br> Kems Wohnplatz (7806)<br>
 Kems, Bad Krozingen, FR<br> Kleinkems Wohnplatz (14849)<br>
 Kleinkems, Efringen-Kirchen, LÖ<br> Klengen Wohnplatz (13997)<br>
 Klengen, Brigachtal, VS<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br>
 Konstanz, KN<br> Leidringen Wohnplatz (16507)<br>
 Leidringen, Rosenfeld, BL<br> Lützelstein (La Petite-Pierre), Dep. Bas-Rhin, Frankreich<br>
 Meyenheimsweiler<br> Mühlhausen Wohnplatz (13964)<br>
 Mühlhausen, Villingen-Schwenningen, VS<br> Müllheim Wohnplatz (8698)<br>
 Müllheim, FR<br> Neufra Wohnplatz (12410)<br>
 Neufra, Rottweil, RW<br> Niederschopfheim Wohnplatz (10819)<br>
 Niederschopfheim, Hohberg, OG<br> Niffer, Dep. Haut-Rhin, Frankreich<br>
 Oberschaeffolsheim, Dep. Bas-Rhin, Frankreich<br> Oberschopfheim Wohnplatz (10552)<br>
 Oberschopfheim, Friesenheim, OG<br> Owingen Wohnplatz (16395)<br>
 Owingen Wohnplatz (18201)<br> Owingen, FN<br>
 Owingen, Haigerloch, BL<br> Rom, Latium, Italien<br> Saint-Jean-Saverne, Dep. Bas-Rhin, Frankreich<br>
 Schlatt am Randen Wohnplatz (14418)<br> Schlatt am Randen, Hilzingen, KN<br>
 Schopfheim Wohnplatz (15016)<br> Schopfheim, LÖ<br> Schopflenberg Wohnplatz (736)<br>
 Schopflenberg, Göppingen, GP<br> Schopfloch Wohnplatz (537)<br>
 Schopfloch, Lenningen, ES<br> Schwenningen Wohnplatz (13970)<br>
 Schwenningen, Villingen-Schwenningen, VS<br> Schönbronn Wohnplatz (12611)<br>
 Schönbronn, Schram-

## VII

berg, RW<br> Seelbach Wohnplatz (11864)<br> Seelbach, OG<br> Seitingen Wohnplatz (14212)<br> Seitingen, Seitingen-Oberflacht, TUT<br> St. Georgen im Schwarzwald Wohnplatz (13402)<br> St. Georgen im Schwarzwald, VS<br> Stetten Wohnplatz (12785)<br> Stetten, Zimmern ob Rottweil, RW<br> Tennenbronn : Schramberg RW<br> Tennenbronn Wohnplatz (12689)<br> Tennenbronn, RW<br> Trudenheim Wüstung (23275)<br> Trudenheim, Neuried, OG, W<br> Tuningen Wohnplatz (13787)<br> Tuningen, VS<br> Täbingen Wohnplatz (16517)<br> Täbingen, Rosenfeld, BL<br> Untermagerbein, Mönchsdeggingen, DON<br> Urspring Wohnplatz (16951)<br> Urspring, Schelklingen, UL<br> Vockenhausen Wüstung (23388)<br> Vockenhausen, Villingen-Schwenningen, VS, W<br> Wahlwies Wohnplatz (14693)<br> Wahlwies, Stockach, KN<br> Walde<br> Weilersbach Wohnplatz (13981)<br> Weilersbach, Villingen-Schwenningen, VS<br> Weißenau Wohnplatz (20163)<br> Weißenau, Ravensburg, RV<br> Öfingen Wohnplatz (12839)<br> Öfingen, Bad Dürkheim, VS<br> Überauchen Wohnplatz (13998)<br> Überauchen, Brigachtal, VS